

CONSILIUM AD EXSEQUENDAM CONSTITUTIONEM
DE SACRA LITURGIA

NOTITIAE



1-4

IANUARIO-APRILI 1965

CITTÀ DEL VATICANO - PALAZZO SANTA MARTA

NOTITIAE

Commentarii ad nuntia
de re liturgica edenda cura
Consilii
ad exsequendam Constitutionem
de sacra Liturgia

«Notitiae» prodibunt die 15 cuiusque mensis. Libenter, iudicio Directionis, nuntium dabitur Actorum, inceptuum, editionum in re liturgica, praesertim e Coetibus Episcoporum vel Commissionibus liturgicis nationalibus emanantium, si scriptorum vel periodicorum exemplar missum fuerit.

Directio: Commentarii sedem habent in Civitate Vaticana, Palazzo S. Marta, ad quam transmittenda sunt epistolae, chartulae, manuscripta, his verbis inscripta:
NOTITIAE, Città del Vaticano

Administratio autem residet apud
Libreria Editrice Vaticana
Città del Vaticano

Pro commentariis
sunt in annum solvendae:
in Italia lit. 2.000
extra Italiam lit. 3.000 (\$ 5)

Singuli fasciculi veneunt:
in Italia lit. 200 (\$ 0,35)
extra Italiam lit. 300 (\$ 0,50)
In Italia pecunia mittenda est per
c/c/p N. 1-16722

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

CONSILIUM AD EXSEQUENDAM CONSTITUTIONEM
DE SACRA LITURGIA

NOTITIAE

VOL. I - 1965

CITTÀ DEL VATICANO - PALAZZO SANTA MARTA

In nomine Domini

Inde ab exordiis, « Consilium » necessarium duxit sibi comparare instrumentum quoddam, quod et sodales omnes certiores faceret de Coetuum a studiis laborum progressu, et tot cooperatores, per universum orbem dispersos, in unam « familiam » congregaret.

Exinde, die 23 martii 1964, primum editum est folium, modestissimum quidem, cui nomen « Relationes », quod, forma « reservata », cum membris Consilii et quibusdam Consultoribus, iis praesertim, qui Coetibus a studiis praeerant, notitias internas communicaret. Eodem mense apparuit alter fasciculus cum programme Sessionis plenariae mensis aprilis 1964.

Tertius eiusdem folii numerus sodalibus die 5 iulii, et quartus, die 4 decembris pervenit. Tunc « Relationes » a ceteris sodalibus pedetentim cognitae, ex omnibus partibus exoptari coeptae sunt.

Insuper, mense octobri 1964 in conventu Moderatorum periodicorum de re liturgica et pastoralis a « Consilio » ordinato, participantes iterum iterumque petierunt ut de instaurationis laboribus statis temporibus et ipsi certiores fierent.

Demum, E.mi Praesides Coetuum Episcoporum, et Commissionum liturgicarum Nationalium exoptaverunt ut relationes cum « Consilio » in dies arctiores fierent. Idem saepius petierunt Centrorum liturgicorum sponsores, sacrae liturgiae magistri, Institutum liturgicorum moderatores.

Folioli desiderium percrebuit, cum principia et praecepta ac normae sive Constitutionis de sacra Liturgia, sive *Instructionis* diei

26 sept. 1964, sub forma explanationis dubiorum illustrari coepta sunt.

Ex hac universa consensione et harmonia, factum est ut « Relationes » sub nomine « Notitiae » novam vestem induerent, quae pro more semel in mense amice liturgiae amicis pervenirent.

Adde opportunitatem, ne dicam necessitatem, habendi criteria quaedam generalia in nova instauranda liturgia iuxta recentiorum documentorum praecepta sancte religioseque servanda. Hac de causa, nonnulli Coetus Episcoporum instrumentum invenerunt communicationis directae et immediatae inter Commissionem liturgicam Nationalem et Commissiones dioecesanarum vel quotquot actioni liturgicae operam impigre navant. Quod dilucide apparet in campo nationali, vehementius optatur in campo internationali; quodque periodica singula illic agunt, « Notitiae » hic facere satagent.

Periodici ergo finis est:

- 1) vitam internam « Consilii » alere et fovere;
- 2) Commissiones nationales ac dioecesanarum, Centra liturgica, et omnes qui studio, actione, verbo vel scriptis liturgicum apostolatatum promovent, de actuositate « Consilii » certiores reddere;
- 3) periodica liturgica et pastoralia circa instaurationis progressionem, iuxta opportunitatem et facultatem, informare;
- 4) documenta de re liturgica a quacumque Auctoritate emanantia, praesertim a S. C. Rituum, nuntiare ac congrue illustrare;
- 5) actionem liturgicam, per totam Ecclesiam florentem sequi atque fovere, incoepta indolis universalioris in lucem proferre, subsidia praebere, rerum liturgicarum novitates nuntiare.


Quae omnia fient in perfecta et plena harmonia cum Sacra Rituum Congregatione.

Forma litteraria erit expositiva, latinitas facillima; periodicum enim informationem potius quam formationem persequitur; nor-

mas ac praecepta servanda ac spiritum liturgicum alendum, potius quam doctas dissertationes divulgare sibi proponit: instrumentum laboris, potius quam folium meri intellectualis gaudii, fieri cupit.

* * *

« Oranti Ecclesiae quasi vocem ac instrumenta praebere »:
hoc programma peculiaris operositatis a Summo Pontifice Paulo VI
« Consilio » praestitutum, synthetice proclamat totum scopum ac
momentum huius cuiuscumque folioli, cui Deus det virtutem et
gratiam loquendi et agendi, pro dominico servitio, in sancta Ec-
clesia.



*Archiepiscopus Bononiensis
« Consilii » Praeses*

« Longum iter vobis terendum est, et quidem salebris plenum. Cum tamen navitas vestra tam laetos iam ediderit fructus — quorum specimen praecipuum est Instructio de re liturgica a S. Congregatione Rituum nuper promulgata — id Nobis causa est cur de futuro labore vestro spem foveamus amplissimam. Interea autem sciatis non Nos solummodo, sed Ecclesiam totam trepida exspectatione in vos oculos convertere. Ac semper mementote, grande sane opus esse, oranti Ecclesiae quasi vocem atque instrumenta praebere, quibus ipsa divinas celebret laudes hominumque supplicationes Deo exhibeat. Opus huiusmodi, ad quod rite exsequendum caelum et terra quodammodo consociatam operam conferunt, vere opus humanum et divinum est: humanum, quia vestra nititur sollertia, doctrina, pietate; at simul ac praesertim divinum, cum ab eo abesse nequeat afflatus et actio Spiritus Sancti, sine quo nihil sanctum, nihil validum, salutare nihil effici potest ».

Ex Allocutione Pauli Pp. VI
ad Sodales « Consilii »
die 29 octobris 1964

SUMMARIUM DECRETORUM QUIBUS DELIBERATIONES COETUUM EPISCOPORUM CONFIRMANTUR

Praenotanda

Fasciculo hoc « Notitiarum » praebetur summarium Decretorum, quibus, a die 25 aprilis 1964 ad diem 13 aprilis 1965, confirmatae sunt deliberationes Coetuum Episcoporum de re liturgica in his quae, ad normam Constitutionis de sacra Liturgia, Apostolicae Sedis probatione seu confirmatione indigent.

Ad intelligentiam autem textus, haec attendenda sunt:

1. Huiusmodi Decreta data sunt ab Em.mo Cardinali « Consilii » Praeside iuxta « criteria » approbata a Consilio in secunda Sessione plenaria (17-20 aprilis 1964) et a Summo Pontifice confirmata in Audientia diei 21 aprilis 1964. Quae « criteria » omnia assumpta sunt in *Instructionem ad executionem Constitutionis de sacra Liturgia recte ordinandam*.

2. Ut textus expeditior procedat, initio ponitur exemplar Decreti « typici », ad quod proinde referenda sunt singula Decreta, quando in ipsis verba « iuxta decretum typicum » occurrunt. Hac autem locutione ea comprehenduntur quae in nn. 57 et 61 *Instructionis* indicantur tamquam partes quae lingua vernacula proferri possunt. Usus vero linguae vernaculae in orationibus fit ex concessione Apostolicae Sedis, iuxta n. 58 eiusdem *Instructionis*. Si quae variationes in Decretis particularibus, respectu Decreti « typici » habentur, expresse indicantur.

3. Nonnulli Coetus Episcoporum, in statuendo usu linguae vernaculae in Sacramentis et Sacramentalibus, usi quidem sunt locutione generali, quae etiam in Decreto « typico » occurrit, sed expresse addiderunt mentionem quorundam rituum particularium qui in Missali inveniuntur (v. g. Benedictionum candelarum, cinerum et palmarum,

atque rituum Hebdomadae sanctae) aut aliorum Sacramentalium (v. gr. Consecrationis ecclesiae, altaris, campanae, Benedictionis Papalis, etc.). Cum haec omnia inter Sacramentalia merito connumerentur, in singulis Decretis expresse non elenchantur. Ipsorum autem mentio inveniri potest quando agitur de popularibus interpretationibus indicandis, quia peculiaris textus electus est.

4. Inter populares autem interpretationes adhibendas eae tantum connumerantur, quae confirmationi « Consilii », etsi ad interim, propositae sunt. Occurrit proinde saepius ut non omnes textus populares recenseantur, qui necessarii sunt pro partibus quae lingua vernacula, iuxta Decretum particulare, proferri possunt. Hoc significat Coetum Episcoporum confirmationem quidem petiisse suarum deliberationum, sibi autem reservasse has easdem deliberationes ad effectum adducere postquam etiam textuum confirmationem obtinuerit.

5. De Sacramentis et Sacramentalibus aliquando nihil invenitur, aut quoad partes quae lingua vernacula dici possunt, aut quoad textus populares adhibendos. Utroque in casu, hoc significat Coetum Episcoporum nihil in hac re Apostolicae Sedi proposuisse, cum iam in ea regione Rituale particulare bilingue legitime vigeat, quod, iuxta n. 43 *Instructionis*, vigere pergit.

6. Inter *Decreta particularia* pro unaquaque Natione ea recensentur quae unam alteramve tantum dioecesim vel familiam religiosam respiciunt, quoad confirmationem interpretationis popularis textuum Proprii Officiorum et Missarum. Confirmatio autem horum textuum particularium facta est *ad mentem* art. 88 *Instructionis*.

7. Indicatio idiomatum particularium et librorum, qui ad usum liturgicum pro partibus popularibus assumuntur, ea praebetur ratione, qua a singulis Coetibus Episcoporum tradita est: proinde aliqua diversitas inveniri potest, attenta lingua quae singulis in locis adhibetur.

Decretum typicum

Linguam vernaculam adhibere licet:

1. *In Missis sive in cantu sive lectis, quae concurrente populo celebrantur:*
 - a) in proclamandis Lectionibus, Epistola et Evangelio;
 - b) in oratione communi;
 - c) in cantibus Ordinarii Missae, nempe: *Kyrie, Gloria, Credo, Sanctus-Benedictus* et *Agnus Dei*;
 - d) in cantibus Proprii Missae, idest: antiphonis ad introitum, offertorium et communionem cum suis psalmis, et in cantibus inter lectiones occurrentibus;
 - e) in acclamationibus, salutationibus et formulis dialogi;
 - f) in oratione dominica cum sua admonitione et embolismo;
 - g) in formulis ad fidelium communionem;
 - h) in collecta, oratione super oblata, postcommunione et oratione super populum.
2. *In Sacramentorum et Sacramentalium administratione:*
 - a) in ritibus Baptismi, Confirmationis, Paenitentiae, Matrimonii et unctionis infirmorum, formula essentiali minime excepta; et in distribuenda s. Communione extra Missam;
 - b) in collatione sacrorum Ordinum: in allocutionibus initio cuiusque Ordinationis seu Consecrationis; in examine electi in Consecratione episcopali, et in admonitionibus;
 - c) in Sacramentalibus;
 - d) in exsequiis.

EUROPA

Anglia-Cambria

- I. **Documenta:** 15 iunii 1964 (Prot. n. 1064/64); 6 martii 1965 (Prot. n. 786/65); 17 martii 1965 (Prot. n. 786/65).

II. **Lingua vernacula quae adhiberi potest:** Anglica.

III. **Partes quae lingua vernacula proferri possunt:**

1. IN MISSA in cantu: lectiones.

In Missa lecta: iuxta decretum typicum, exceptis dialogo ante praefationem et *Sanctus*, atque benedictione finali.

2. IN SACRAMENTIS ET SACRAMENTALIBUS: iuxta decretum typicum.

IV. **Interpretationes populares adhibendae:**

1. MISSALIA:

Ordinarium a Coetu Episcoporum propositum.

Parva Missalia: *A Simple Prayer Book*; *The Missal in Latin and English*; *Saint Andrew Daily Missal* (Lefèbvre); *The Daily Missal and Liturgical Manual* (P. Dukes); *The New Roman Missal* (J. D. O'Connor, CSSR); *The Small Roman Missal* (ed. Lavery and Sons); *The Small Missal* (ed. Burns & Oates); *St. John's Missal* (J. Rea); *St. John's Sunday Missal* (ed. Goodliffe Neale); *The Layman's Missal and Prayer Book* (ed. Burns & Oates); *St. Jerome Daily Missal*; *St. Andrew's Biblical Missal*; *The Missal in Latin and English* (H. P. R. Finberg et J. O'Connell).

In Officiis Hebdomadae sanctae: *Holy Week Manual* (ed. Burns & Oates); *Holy Week Book in Latin and English* (ed. C. Goodliffe Neale); *The Holy Week Manual* (P. Dukes); *The Liturgy of*

Palm Sunday; The Liturgy of Good Friday; The Liturgy of Holy Saturday (ed. Catholic Truth Society).

Pro lectionibus versiones quae a DOUAY, KNOX et « Confraternity of Christian Doctrine » nomen ducunt.

2. RITUALIA:

The Small Ritual, cura Archiep. Birminghamiensis editum.

Pro Ordinibus conferendis, versio quae in Manuali a « The Catholic Truth Society » edito habetur.

3. BREVIARIA: *The Hours of the Divine Office in English and Latin*, Collegeville; Psalterium a « Ladies of the Grail » evulgatum.

V. Decreta particularia:

Ordinis Praedicatorum (1 oct. 1964, Prot. n. 2249/64): Confirmatur interpretatio popularis Ordinarii Missae iuxta ritum O. P.

Austria

I. Documenta: 24 nov. 1964 (Prot. n. 3059/64).

II. Lingua vernacula quae adhiberi potest: Germanica.

III. Partes quae lingua vernacula proferri possunt:

1. IN MISSA: iuxta decretum typicum, excepto dialogo ante praefationem.

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA: Parva Missalia edita a SCHOTT (ed. Herder) et a BOMM (ed. Benziger); Libri precum singularum dioecesium; Parvum Missale editum a domo editoriali « Veritas » Lincii; *Lied der Kirche* et *Proprium simplex* a KRONSTEINER (ed. « Veritas » Lincii) evulgatum.

Belgium

I. **Documenta:** 1 iulii 1964 (Prot. n. 611/64); 18 nov. 1964 (Prot. n. 1818/64).

II. **Lingua vernacula quae adhiberi potest:** Gallica et Flandrica.

III. **Partes quae lingua vernacula proferri possunt:**

1. IN MISSA: iuxta decretum typicum.

2. IN SACRAMENTIS ET SACRAMENTALIBUS: iuxta decretum typicum.

IV. **Interpretationes populares adhibendae:**

1. MISSALIA:

a) **Lingua gallica:**

Missel romain latin-français (una cum Coetibus Episcoporum linguae gallicae editum); et interim: *Parva Missalia* edita a FEDER, LEFÈBVRE, MORIN, et apud Abbatis de Clervaux, Hautecombe, Maredsous et Mont-César.

Pro lectionibus: *Lectionnaire français* (una cum Coetibus Episcoporum linguae gallicae editum).

b) **Lingua flandrica:**

Ad interim *Parva Missalia: Romeins Missaal* (J. Windey); *Volk-misboek en Vesperale* (Abbatiae Affligem); *Volledig Parochie-Missaal* (P. Bruylants).

Pro lectionibus: *De Dienst van Het Woord*.

2. RITUALIA:

a) **Lingua gallica:**

Pro ritibus Baptismi et pro cura infirmorum: Ritualia ab Apost. Sede iam approbata.

Pro ritu Matrimonii: *Rituel du Mariage*.

Pro exsequiis: *De cura defunctorum*.

Pro Ordinibus conferendis: *Les Ordinations* (ed. C. P. L.).

Pro ecclesiae et altaris consecratione: *Dédicace d'une Eglise et Consécration d'un autel* (ed. C. P. L.).

b) **Lingua flandrica:**

Pro ritu Matrimonii: *De Huwelijksviering*.

Pro exsequiis: *De cura defunctorum*.

Pro Ordinibus conferendis: *De heilige Wijdingen* (ed. Abbatiae Affligem).

Pro diversis benedictionibus: textus a Coetu Episcoporum propositus.

3. **BREVIARIA:**

a) **Lingua gallica:**

Bréviaire latin-français (Hugueny-Roguet); *Diurnal latin-français* (ed. Desclée).

b) **Lingua flandrica:**

Breviarium latino-flandricum cura H. GRAF editum.

Dania

I. **Documenta:** 17 nov. 1964 (Prot. n. 1672/64).

II. **Lingua vernacula quae adhiberi potest:** Danica.

III. **Partes quae lingua vernacula proferri possunt:**

1. **IN MISSA** in cantu: lectiones.

In Missa lecta: iuxta decretum typicum, exceptis oratione super oblata et dialogo ante praefationem.

2. **IN SACRAMENTIS:** in ritibus Baptismi, Paenitentiae et Unctionis infirmorum.

IV. **Interpretationes populares adhibendae:**

1. **MISSALIA:** Missale parvum in usu apud populum.

2. **RITUALIA:** *Salme-og Bonnebog*.

Finnia

- I. Documenta: 11 febr. 1965 (Prot. n. 524 65).
- II. Lingua vernacula quae adhiberi potest: Fennonica, Sueca.
- III. Partes quae lingua vernacula proferri possunt:
 1. IN MISSA: iuxta decretum typicum.
- IV. Interpretationes populares adhibendae:
 1. MISSALIA:
 - a) Lingua fennonica:
Latinalais-Suomalainen Messukirja.
 - b) Lingua sueca:
Katolskt Missale.

Gallia

- I. Documenta: 10 iulii 1964 (Prot. n. 589 64); 8 oct. 1964 (Prot. n. 2314/64).
 - II. Lingua vernacula quae adhiberi potest: Gallica.
 - III. Partes quae lingua vernacula proferri possunt:
 1. IN MISSA in cantu: lectiones, cantus Proprii, acclamationes, salutationes, formulae dialogi, formulae ad Communionem fidelium, orationes.
In Missa lecta: iuxta decretum typicum.
 2. IN SACRAMENTIS ET SACRAMENTALIBUS: iuxta decretum typicum.
-

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA: *Missel romain latin-français; Lectionnaire français*.
Interim parva Missalia edita a FEDER, LEFÈVRE, MORIN, et ab Abbatibus de Clervaux, Hautecombe, Maredsous, Mont-César.
2. RITUALIA: *Rituale parvum ad usum dioecesium Gallicae linguae*, additis interpretationibus pro ritibus Confirmationis et Paenitentiae nuper confirmatis.
Pro Ordinibus conferendis: *Les Ordinations* (Ed. C. P. L.).
Pro ecclesiae consecratione: *Consécration d'une Eglise* (Ed. C. P. L.).
Pro altaris consecratione: *Consécration d'un autel* (Ed. C. P. L.).
Pro campanae consecratione: *Consécration d'une cloche* (Ed. C. P. L.).
3. BREVIARIA: *Bréviaire latin-français* (Hugueny-Roguet) et *Diurnal latin-français* (ed. Desclée).

V. Decreta particularia:

1. Aquensis (23 febr. 1965, Prot. n. 773/65): confirmatur interpretatio popularis Officiorum dioecesis.
2. Baionensis (10 nov. 1964, Prot. n. 2775 '64; 18 nov. 1964, Prot. n. 2913 '64; 5 dec. 1964, Prot. n. 3206 '64; 13 apr. 1965, Prot. n. 1708 '65): probatur usus linguae vasconicae intra limites pro Gallica statutis, et confirmantur Ordinarium Missae, textus lectionum pro diebus festis (*Irakurgaiak I-III*) et textus psalterii (*Salmoak*) et Proprium Missarum pro tempore Quadragesimae et mense martio.
3. Corisopitensis, Venetensis, Briocensis (14 iulii 1964, Prot. n. 616 '64; 17 martii 1965, Prot. n. 1230 '65): probatur usus linguae Britonum intra limites pro Gallica statutos; et confirmantur textus Ordinarii Missae, libri precum *Leor overenn* (D. Uguen) et *Livr overenn* (D. Guillevic) necnon Rituale bilingue iam approbatum a S. R. C. anno 1942 addita formula absolutionis sacramentalis.
4. Gratianopolitanae (16 dec. 1964, Prot. n. 3108 '64): confirmatur interpretatio popularis Proprii Missarum dioecesis.

5. **Lemovicensis** (15 martii 1965, Prot. n. 957/65): confirmatur prima pars Proprii Missarum dioecesis.
6. **Meldensis** (26 ian. 1965, Prot. n. 404/65): confirmatur interpretatio popularis Proprii Missarum dioecesis.
7. **Meldensis** (3 apr. 1965, Prot. n. 1560/65): confirmatur ad experimentum interpretatio gallica ritus Consecrationis Virginum iuxta Regulam S. Benedicti pro Abbazia « Notre-Dame de Jouarre ».
8. **Molinensis** (20 nov. 1964, Prot. n. 3004/64; 16 dec. 1964, Prot. n. 3022/64): confirmatur interpretatio popularis Proprii Officiorum et Missarum dioecesis.
9. **Ordinis Praedicatorum** (6 martii 1965, Prot. n. 792/65): confirmantur: *Supplément Dominicain au Lectionnaire français; Supplément Dominicain au Missel romain latin-français*, fasc. I; formula sacramentalis absolutionis iuxta ritum O. P.; Lectiones Breviarii ad usum Sororum O. P. a Sororibus Miss. Dom. « de Campagne » apparatus.

Germania

I. **Documenta**: 20 nov. 1964 (Prot. n. 3023/64); 3 apr. 1965 (Prot. n. 1605/65).

II. **Lingua vernacula quae adhiberi potest**: Germanica.

III. **Partes quae lingua vernacula proferri possunt**:

1. **IN MISSA**: iuxta decretum typicum, excepto dialogo ante praefationem.
2. **IN SACRAMENTALIBUS**: in benedictione candelarum, cinerum et palmarum, et in ritibus Hebdomadae sanctae.
3. **IN OFFICIO DIVINO**: Horae quae in cantuum precumque libris dioecesanis eorumque adnexis inveniuntur, atque liturgicae approbantur, dummodo sint interpretatio Breviarii aut in modum Breviarii confectae.

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA: textus orationum Missalis romani a Coetu Episcoporum propositus. Parva Missalia edita a BOMM (ed. Benziger) et SCHOTT (ed. Herder), necnon libri precum et cantuum singularum dioecesium et liber precum Exercitus.

LECTIONARIA: *Deutsches Lektionar*; *Deutsches Perikopenbuch für alle Tage des Jahres*.

2. BREVIARIA: a) ad usum clericorum: *Deutsches Brevier*, cura Schenk editum.

b) Parva Officia: *Kleines marianisches Offizium* (A. Bea); *Officium divinum parvum* (H. Fleischmann) cum 1. et 2. vol. lectionum et appendicibus et Officiis et festis propriis diversarum Congregationum; *Klein-Brevier* (Stallaert) cum appendicibus Propriorum Congregationum; *Officium Marianum* (Abb. Encalcat); *Deutsches Brevier* (Schenk); *Das Tagzeitenbuch des monastischen Breviers* (Abb. Beuron); *Officium divinum pro «Schwestern von der göttlichen Vorsehung»* (Stindt); *Kleines marianisches Offizium* («Congregation der Dienerinnen der hl. Kindheit»); *Officium divinum pro «Alexianer-Brüder»* (Th. Schnitzler); *Offizium für die barmherzigen Schwestern des hl. Vinzenz von Paul in Obermarchtal*; *Brüderoffizium der Benediktiner-Kongregation von St. Ottilien für auswärtige Missionen*.

V. Decreta particularia:

Misnensis (24 apr. 1964, Prot. n. 607/64; 23 febr. 1965, Prot. n. 600/65): probatur usus linguae sorbicae intra limites pro Germanica statutos; et confirmantur interpretationes populares pro Missali (*Böze mšě*), pro Lectionibus proferendis (*Perikopy*), pro Psalmis (*Filip Rězak*), et textibus Novi Testamenti (*Nowy Zakon*).

Gibraltar

- I. Documenta: 11 febr. 1965 (Prot. n. 523/65).

- II. Lingua vernacula quae adhiberi potest: Anglica, Hispanica.

III. **Partes quae lingua vernacula proferri possunt:** illae quae statutae sunt a Coetibus Episcoporum Angliae-Cambriae et Hispaniae.

IV. **Interpretationes populares adhibendae:** illae quae confirmatae sunt pro Anglia-Cambria et Hispania.

Graecia

I. **Documenta:** 6 martii 1965 (Prot. n. 893/65); 26 martii 1965 (Prot. n. 1312/65).

II. **Lingua vernacula quae adhiberi potest:** Graeca.

III. **Partes quae lingua vernacula proferri possunt:**

1. IN MISSA: iuxta decretum typicum, exceptis orationibus.
2. IN SACRAMENTIS ET SACRAMENTALIBUS: in ritibus Baptismi et Matrimonii.

IV. **Interpretationes populares adhibendae:**

1. MISSALIA: Ordinarium Missae, et interpretatio lectionum pro aliquibus anni temporibus a Coetu Episcoporum proposita.
Interim: *Mega Efchologhion* a P. ROUSSO exaratum.
2. RITUALIA: interpretatio popularis ritus Baptismi et Matrimonii a Coetu Episcoporum proposita.

Helvetia

I. **Documenta:** 1 maii 1964 (Prot. n. 624 64); 25 ian. 1965 (Prot. n. 214/65).

II. **Lingua vernacula quae adhiberi potest:** Gallica, Germanica, Italica, Romanica Rhaetorum.

III. Partes quae lingua vernacula proferri possunt:

1. IN MISSA: iuxta decretum typicum.
2. IN SACRAMENTIS ET SACRAMENTALIBUS: iuxta decretum typicum.
3. IN OFFICIO DIVINO: Horae quae in cantuum precumque libris dioecesanis eorumque adnexis inveniuntur tamquam liturgicae approbantur, dummodo sint interpretatio Breviarii aut in modum Breviarii confectae.

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA:

- a) Lingua germanica: libri cantuum precumque cuiusque dioecesis; et parva Missalia edita a BOMM (ed. Benziger) et SCHOTT (ed. Herder).
- b) Lingua gallica: *Missel romain latin-français*, et, pro partibus et psalmis depromptis, interpretatio e *Bible de Jérusalem*; *Manuel paroissial du diocèse de Bâle*.
- c) Lingua italica: *Messale romano latino-italiano per le domeniche e feste*; et, pro diebus non festivis, parva Missalia edita a FEDERBUGNINI et a LEFÈVRE (1963), atque *Messale ambrosiano*.
- d) Lingua romanica Rhaetorum: textus in libris ab Episcopo Curiensi approbati, et liber *Stai cum nus. Devoziuns liturgicas* (P. Deplazes).

LECTIONARIA:

- a) Lingua germanica: textus usque adhuc in singulis dioecesibus usitati.
 - b) Lingua gallica: *Lectionnaire français* et textus e *Bible de Jérusalem*.
 - c) Lingua italica: *Lezionario. Versione italiana delle letture bibliche per la proclamazione liturgica nella S. Messa* (ed. L. D. C. 1965); interpretatio e Bibliis italice editis cura Pont. Instituti Biblici, D. GAROFALO (ed. Marietti) et D. GALBIATI (ed. UTET), et textus in parvis Missalibus supra recensitis exstantes.
2. RITUALIA: Collectiones rituum dioecesium Curiensis, Basileensis (gallice et germanice), Sangallensis, Friburgensis et Luganensis et textus in libris cantuum precumque dioecesanis exstantes.

Insuper:

- a) *Lingua germanica*: Collectio rituum pro Germania approbata; interpretationes pro textibus e Pontificali romano pro Germania approbatae.
- b) *Lingua gallica*: Collectio rituum pro Gallia approbata; interpretationes pro textibus e Pontificali romano pro Gallia approbatae.
- c) *Lingua italica*: interpretationes pro textibus e Pontificali romano pro Italia approbatae; interpretatio italica pro quibusdam partibus Ritualis (rituum Baptismi, Confirmationis, Paenitentiae, Unctionis infirmorum, Matrimonii, exsequiarum) propositae a Coetu Episcoporum; pro Ordinibus conferendis, pro consecratione altaris et campanae et pro benedictione primarii lapidis ecclesiae interpretatio edita ab « Opera della Regalità ».

3. BREVIARIA:

- a) *Lingua germanica*: pro clericis: *Deutsches Brevier* (Schenk); pro non clericis: etiam *Das Breviergebet* (P. Morant).
- b) *Lingua gallica*: *Bréviarie latin-français* (Hugueny-Roguet); *Diurnal latin-français* (ed. Desclée).
- c) *Lingua italica*: textus Psalterii, qui invenitur in libro *Il Breviario spiegato* (C. Willi).

PARVA OFFICIA:

- a) *Lingua germanica*: omnia quae pro Germania approbata sunt.
- b) *Lingua gallica*: *Petit Office de la Sainte Vièrge* (Abb. Encalcat); *Petit Bréviaire ou livre d'Heures* (Stallaert); *Diurnal latin-français* (ed. Desclée).
- c) *Lingua italica*: *Breviario dei fedeli* (ed. « Opera della Regalità »); *Il libro delle Ore* (ed. Queriniana); *Il piccolo Breviario* (ed. Gottmer); *Piccolo Ufficio della Beata Vergine Maria* (ed. Marietti).

V. Decreta particularia:

Congr. Sororum Docentium a S. Cruce (13 apr. 1965, Prot. n. 1640/65): Confirmatur interpretatio popularis linguis germanica, italica, gallica, anglica et hispanica formularum ad absolutio-nem generalem Tertii Ordinis S. Francisci pro eadem Congregatione.

Hibernia

I. Documenta: 4 nov. 1964 (Prot. n. 1819/64).

II. Lingua vernacula quae adhiberi potest: Anglica et Gaedelica.

III. Partes quae lingua vernacula proferri possunt:

1. IN MISSA: iuxta decretum typicum.
2. IN SACRAMENTIS ET SACRAMENTALIBUS: iuxta decretum typicum.

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA:

- a) Lingua anglica: pro Ordinario Missae, interpretatio a Coetu Episcoporum proposita; pro partibus Proprii, parvum Missale *St. Andrew's Bible Missal*.
- b) Lingua gaedelica: parva Missalia *Gnās an phōsta* et *Gnās an adhlactha*. Textus symboli qui habetur in libro *An Leabhar Aifrin*.

LECTIONARIA:

- a) Lingua anglica: interpretationes populares Sacrae Scripturae quae vulgo vocantur a DOUAY et « The Confraternity of Christian Doctrine »; et *Sunday Epistles and Gospels* (Boylan).
 - b) Lingua gaedelica: interpretationes populares quae ab O'LAOGHAIRE, MCGIOLLA, CEARA, WHELAN-MORAHAN et FR. BENEDICT in *An Leabhar Aifrin* exaratae sunt.
2. RITUALIA: textus iam antea ab Apostolica Sede approbati.
 3. BREVIARIA: *The Hours of the Divine Office in English and Latin*, Collegeville.

Hispania

I. **Documenta:** 4 nov. 1964 (Prot. n. 1464/64); 3 dec. 1964 (Prot. n. 3109/64); 8 martii 1965 (Prot. n. 1028/65).

II. **Lingua vernacula quae adhiberi potest:** Hispanica.

III. **Partes quae lingua vernacula proferri possunt:**

1. IN MISSA: iuxta decretum typicum.
2. IN SACRAMENTIS ET SACRAMENTALIBUS: iuxta decretum typicum.

IV. **Interpretationes populares adhibendae:**

1. **MISSALIA:** Ordinarium Missae a Coetu Episcoporum propositum. Parva Missalia parata a RIBERA, RAMBLA, NACAR-COLUNGA, CASTILLO-SANZ, GOLDARAZ, PONS, SERRA, GUBIANAS, MOLINA, LEFÈVRE, VILARIÑO, SÁNCHEZ-RUIZ, ANTOÑANA, PÉREZ DE URBEL. Pro lectionibus, diebus dominicis et festis, textus una cum cantibus inter lectiones occurrentibus a Coetu Episcoporum propositus.
2. **RITUALIA:** interpretatio popularis ritus Baptismi et Unctionis infirmorum a Coetu Episcoporum proposita.

V. **Decreta particularia:**

1. **Flaviobrigensis** (8 martii 1965, Prot. n. 826/65): probatur usus linguae vizcaino pro Ordinario Missae, et confirmatur textus.
2. **Sancti Sebastiani** (22 dec. 1964, Prot. n. 3439/64; 8 martii 1965, Prot. n. 585/65): probatur usus linguae vasconicae intra limites pro Hispanica statutos, et confirmatur textus lectionum a die 1 ianuarii usque ad integram Hebdomadam sanctam. Confirmantur insuper textus pro ritibus Baptismi et Unctionis infirmorum.
3. **Tarraconensis** (3 dec. 1964, Prot. n. 3117/64): probatur usus linguae catalaunicae intra limites pro Hispanica statutos, et confirmantur textus qui habentur in parvis Missalibus iam in usu apud fideles, et pro ritibus Baptismi et Unctionis infirmorum.
4. **Ordinis Praedicatorum** (12 martii 1965, Prot. n. 1067/65): confirmatur textus Ordinarii Missae pro ritu O. P.

Hollandia

I. Documenta: 10 iulii 1964 (Prot. n. 705/64); 6 dec. 1964 (Prot. n. 3081/64).

II. Lingua vernacula quae adhiberi potest: Neerlandica.

III. Partes quae lingua vernacula proferri possunt:

1. IN MISSA: iuxta decretum typicum.
2. IN SACRAMENTIS ET SACRAMENTALIBUS: iuxta decretum typicum.

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA:

Ordinarium Missae a Coetu Episcoporum propositum.

Proprium Missae e parvo Missali: *Missaal. Latijns-Nederlandse uitgave van het volledige Missale Romanum met de wijzingen volgens de jongste decreten* (ed. Spectrum), aut e libellis pro singulis dominicis: *Bron van christelijken geest* (ed. Gooi en Sticht).

Pro lectionibus adhiberi potest etiam textus vulgatus cura Card. ALFRINK et G. H. HARTMAN.

2. RITUALIA: praeter Rituale particulare iam ab Apostolica Sede approbatum:

Pro benedictionibus tit. IX Rit. rom. liber *De heiliging van het gezin* (ed. Gooi en Sticht);

Pro Ordinibus conferendis liber *De drie hogere Wijdingen* (ed. Gooi en Sticht).

Islandia

I. Documenta: 3 aprilis 1965 (Prot. n. 1578/65).

II. Lingua vernacula quae adhiberi potest: Islandica.

III. Partes quae lingua vernacula proferri possunt:

IN MISSA: iuxta decretum typicum.

IV. Interpretationes populares adhibendae:

MISSALIA: interim quae in usu sunt apud fideles.

Italia

I. Documenta: 20 nov. 1964 (Prot. n. 2870/64); 15 febr. 1965 (Prot. n. 590/65); 8 martii 1965 (Prot. n. 1059/65).

II. Lingua vernacula quae adhiberi potest: Italica.**III. Partes quae lingua vernacula proferri possunt:**

1. IN MISSA: iuxta decretum typicum.
2. IN SACRAMENTIS ET SACRAMENTALIBUS: iuxta decretum typicum.

IV. Interpretationes populares adhibendae:**1. MISSALIA:**

Ordinarium Missae a Coetu Episcoporum propositum.

Messale romano latino-italiano per le domeniche e feste.

Pro aliis diebus: parva Missalia edita a FEDER-BUGNINI (ed. Mame); LEFÈBVRE (ed. Marietti 1963); CARONTI (ed. S.A.T. 1962); FRANCO (ed. Messaggero S. Antonio 1963); MISTRORIGO (ed. Favero 1964); CIONI (ed. Fiorentina 1962); BADENCHINI (ed. Paoline 1964).

Pro lectionibus diebus dominicis et festis: *Lezionario. Versione italiana delle letture bibliche per la proclamazione liturgica nella s. Messa* (ed. L.D.C. 1965); et pro historia Passionis etiam: *Vangelo della Passione* (ed. Fed. Centri dioc. Piccolo Clero).

2. RITUALIA: in Ordinibus conferendis, fasciculi editi ab « Opera della Regalità di N.S.G.C. ».
-

V. Decreta particularia:

1. **Augustanae** (11 febr. 1965, Prot. n. 560/65): probatur usus linguae gallicae et germanicae pro paroeciis fidelium earundem linguarum, intra limites pro dioecesibus Italiae statutos, adhibitis textibus a Coetibus Episcoporum Galliae et Helvetiae approbatis.
2. **Mediolanensis** (24 nov. 1964, Prot. n. 3052/64): confirmatur textus Ordinarii Missae iuxta ritum ambrosianum.
3. **Tergestinae** (1 sept. 1964, Prot. n. 1942/64): probatur usus linguae slovenicae pro paroeciis fidelium earundem linguarum, intra limites pro dioecesibus Italiae statutos, et adhibitis textibus a Coetu Episcoporum Jugoslaviae approbatis.
4. **Ordinis Praedicatorum** (11 febr. 1965, Prot. n. 525/65): confirmantur partes propriae Ordinarii Missae iuxta ritum O. P.
5. **Ordinis Hosp. S. Ioannis a Deo** (22 febr. 1965, Prot. n. 623/65): Confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum Ordinis.
6. **Ord. Fratrum Minorum Conv.** (17 martii 1965, Prot. n. 1202/65): Confirmatur interpretatio italica Missae S. Francisci Assisiensis iuxta Missale Romano-Seraphicum.
7. **Congregationis Missionis** (13 apr. 1965, Prot. n. 1623/65): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum Congr. Missionis et Puellarum a Caritate.

Jugoslavia

- I. **Documenta:** 12 iulii 1964 (Prot. n. 1317/64); 16 dec. 1964 (Prot. n. 3290/64); 5 febr. 1965 (Prot. n. 484/65).
- II. **Lingua vernacula quae adhiberi potest:** Croatica, Slovenica.
- III. **Partes quae lingua vernacula proferri possunt:**
 1. **IN MISSA:** iuxta decretum typicum.

2. IN SACRAMENTIS ET SACRAMENTALIBUS: iuxta decretum typicum.
3. IN OFFICIO DIVINO: in Vesperis quae cum populo celebrantur.

IV. Interpretation: populares adhibendae:

1. MISSALIA:

a) *Lingua croatica:*

Ordinarium Missae a Coetu Episcoporum propositum.

Pro partibus Proprii: *Rimski Misal* a C. KNI EWALD paratum; *Sveta Misa* ab ephem. « Molite bračo » editum.

Pro lectionibus proferendis: *Čitanja i Evandelja* (Zagreb 1940); *Evangelistar* (Dubrovnik 1921).

Pro oratione fidelium: *Molitva Vjernih na prikazanje* (textus propositus a Coetu Episcoporum).

Pro ritibus Hebdomadae sanctae: *Obnovljeni obred svete sedmice* (Dubrovnik 1957).

b) *Lingua slovenica:*

Ordinarium Missae e « Ljubljanski škofijski list » 1934, n. 9 cum nonnullis variationibus a Coetu Episcoporum propositis.

Pro partibus Proprii: *Rimski Misal* (Celovec 1961).

Pro lectionibus proferendis: etiam *Berila in evangeliji* (Ljubljana) et *Cerkvena berila* (Maribor 1912).

Pro oratione fidelium: *Vobčestvo združeni* (Ljubljana 1962).

Pro ritibus Hebdomadae sanctae: *Obnovljeni red Velikega Tedna* (Ljubljana 1965).

2. RITUALIA:

a) *Lingua croatica:*

Rimski Obrednik (Zagreb 1929).

Pro Ordinibus conferendis: *Sakramenat svetoga Reda* (Zagreb 1940).

b) *Lingua slovenica:*

Rimski Obrednik (Ljubljana 1932).

Pro aliis formulis supra indicatis: interpretatio proposita a Coetu Episcoporum.

3. BREVIARIA:

Lingua croatica: *Hrvatski Bogoslužbenik* (Dubrovnik 1923).

V. Decreta particularia:

1. **Ordinis Praedicatorum** (6 martii 1965, Prot. n. 903/65): confirmatur interpretatio popularis Ordinarii Missae iuxta ritum O. P. et, pro lectionibus, interpretationes Sacrae Scripturae cura F. ZAGODA (*Sveto Pismo Novoga Zavjeta*) et D. SARIC (*Sveto Pismo*) editae.
2. **Ordinis Fratrum Minorum** (22 febr. 1965, Prot. n. 619/65): confirmatur interpretatio popularis Proprii Missarum Ordinis.

Lethoni extra patriam degentes

I. Documenta: 12 martii 1965 (Prot. n. 1237 65).

II. **Lingua vernacula quae adhiberi potest:** Lethonica, intra limites pro singulis nationibus statutos; et adhibitis textibus qui exstant in libro *Rõžu Kronis* a Sac. A. PIEBALGS parato; et, pro lectionibus e Novo Testamento, interpretatio a D. V. STRELEVICS sub titulo *Jānua Deriba* evulgata.

Litواني extra patriam degentes

I. Documenta: 23 apr. 1964 (Prot. n. 286 64); 22 febr. 1965 (Prot. n. 618 65).

II. **Lingua vernacula quae adhiberi potest:** Litwana.

III. **Partes quae lingua vernacula proferri possunt:**

1. IN MISSA: intra limites pro singulis Nationibus statutos.
2. IN SACRAMENTIS ET SACRAMENTALIBUS: intra limites pro singulis Nationibus statutos.

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. **MISSALIA:** *Bûk Mums Malonus*, seu parvum Missale cura F. BARTKUS editum.
2. **RITUALIA:** formulae absolutionis sacramentalis, absolutionis generalis Tertii Ord. S. Francisci, ritus Viatici et Unctionis infirmorum, Benedictio Apostolica in articulo mortis, iuxta textum propositum.

Luxemburgum

I. Documenta: 22 febr. 1965 (Prot. n. 621/65).

II. Lingua vernacula quae adhiberi potest: Gallica et Germanica.

III. Partes quae lingua vernacula proferri possunt:

1. **IN MISSA:** iuxta decretum typicum, excepto dialogo ante praefationem.
2. **IN SACRAMENTIS ET SACRAMENTALIBUS:** iuxta decretum typicum.

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. **MISSALIA:**

- a) **Lingua gallica:** *Missel romain latin-français* et *Lectionnaire français*.
- b) **Lingua germanica:** interim parva Missalia edita a BOMM et a SCHOTT, atque liber precum cantuumque dioecesis cui titulus *Magnificat, Gebet und Gesangbuch für die Diözese Luxemburg*; atque, pro lectionibus proferendis, *Deutsches Lektionar* (ed. Herder) et *Deutsches Perikopenbuch für alle Tage des Jahres* (ed. Benziger).

2. **RITUALIA:** *Rituale parvum ad usum dioecesium Gallicae linguae* (1947).

Lusitania

I. Documenta: 21 nov. 1964 (Prot. n. 3047/64); 31 dec. 1964 (Prot. n. 3463/64).

II. Lingua vernacula quae adhiberi potest: Lusitana.

III. Partes quae lingua vernacula proferri possunt:

1. IN MISSA: iuxta decretum typicum.
2. IN SACRAMENTIS ET SACRAMENTALIBUS: iuxta decretum typicum.

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA:

Ordinarium Missae a Coetu Episcoporum propositum.

Pro partibus Proprii: interim parva Missalia: *Missal Romano quotidiano* (Abb. de Singeverga); *Missal Romano* (J. Silva Saraiva); *Missal biblico diario* (I. de Veigas); *Missal paroquial* (A. Amaral).

2. RITUALIA: pro exsequiis, liber cui titulus *Creio na vida eterna*.

Melita

I. Documenta: 15 iunii 1964 (Prot. n. 984/64); 10 nov. 1964 (Prot. n. 1872/64).

II. Lingua vernacula quae adhiberi potest: Melitensis.

III. Partes quae lingua vernacula proferri possunt:

1. IN MISSA: iuxta decretum typicum, excepto *Kyrie*.
2. IN SACRAMENTIS: in distribuenda sancta Communione extra Missam; in ritu Matrimonii, cum infra Missam celebratur (non exclusa benedictione sponsae); in allocutionibus et admonitionibus sacrorum Ordinum.

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. **MISSALIA:** *Direttorju Tal-Quddiesa*, pro Ordinario Missae, additis aliis partibus postea confirmatis et pro textibus lectionum; et *Kolletti, Secreti, u talb tà Wara T-Tqarbin Tal-Hdud u L-Festi* pro aliis partibus e Proprio Missae.
2. **RITUALIA:** Interpretationes quae habentur in textibus supra indicatis.

V. Decreta particularia:

Ordinis Fratrum Minorum (5 febr. 1965, Prot. n. 420/65): confirmatur interpretatio popularis Proprii Missarum Ordinis.

Norvegia

I. Documenta: 4 nov. 1964 (Prot. n. 2281/64).

II. Lingua vernacula quae adhiberi potest: Norvegica.

III. Partes quae lingua vernacula proferri possunt:

In **MISSA** sive in cantu sive lecta: lectiones cum suis formulis; oratio dominica cum sua admonitione; formulae Communionis fidelium.

In **MISSA** lecta: etiam cantus inter lectiones occurrentes.

In **MISSIS** lectis, de consensu Ordinarii, etiam aliae partes quae in decreto typico enumerantur, excepto *Sanctus*.

IV. Interpretationes populares adhibendae:

MISSALIA:

Ordinarium a Coetu Episcoporum propositum.

Pro partibus Proprii: *Messeboken*, iam in usu apud populum.

Pro lectionibus: *Søndagsbok*.

Monoecensis Principatus

- I. Documenta: 22 febr. 1965 (Prot. n. 620/65).
- II. Lingua vernacula quae adhiberi potest: Gallica, Italica, Hispanica, Monoecensis.
- III. Partes quae lingua vernacula proferri possunt:
 1. IN MISSA in cantu: lectiones et formulae Communionis fidelium.
In Missa lecta: iuxta decretum typicum, excepto *Kyrie*.
 2. IN SACRAMENTIS ET SACRAMENTALIBUS: iuxta decretum typicum, exceptis Ordinationibus.
- IV. Interpretationes populares adhibendae: pro omnibus partibus, textus approbati a Coetibus Episcoporum Galliae, Italiae et Hispaniae, necnon ab ipso Ordinario Monoecensi.

